



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**  
**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

De vita & honestate clericorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

atrociter, atrocem tamen iniuriam faciat. l. sed est. vers. sed est. de iniur.

Denique Prator omne id vindicatum se addicit; quod conuicium aduersus bonos mores factum erit. Latem apud Labconem. s. r. D. de iniur. vbi id Vlpianus late examinat, quid aduersus bonos mores dictum factumque sit: & sic accipiendum ait, non eius qui fecit, sed

generaliter aduersus bonos mores huius ciuitatis: atque adeo aduersus bonos mores harum regionum.

Quæ omnia si conferantur cum apologeticis quibusdam nuperis, facile liquet, eos in canones legesque impingere: & in huiusmodi scriptorum arena malum per reciprocam contentionem, nimium excrecere in maledicentiam eurentem.

# LIBER TERTIUS

## De vita & honestate Clericorum.

### RESPONSVM I.

#### De delatione rocheti.



Et vestis Episcopalis.

Vestitum est an Decanus Collegiatae Ecclesiae L. posset gestare rochetum? interdixit Nuntius; permittit Ordinarius: rectius ille. Est siquidem rochetum vestis Episcopalis, iam antiquitas in Ecclesia ab Episcopis deferri solita. *Gauantus ex Baronio & aliis in Comment. in Rub. Missal. de preparat. sacerdot. celebraturi in verb. rochetum. vnde c. clerici. 15. X. de vit. & honest. cler. postquam disposuerat de habitu aliorum clericorum; Pontifices, inquit, in publico & in Ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur: nisi monachi fuerint: quos oportet ferre habitum monachalem.* Ad illud cap. Panor. ultimo nota, inquit, quod religiosi, etiã Episcopi, non debent vti rochetis, sed Episcopi saculares debent portare in publico & in Ecclesia super alia vestimenta, quod autem Innoc. III. ind. c. 15.

non vtatur verbo, rocheti, causa est; quod loco paraphrasim superindumentorum lineorum demum assumpta est vox rocheti, cum Sedes diu post Innocentium Auenionensem est translata: idque ex gallico roquet: vt rectè Gauantus. *vbi sup.*

Igitur non aliis de clero competit vsus rocheti, quam Episcopis, qui dum illud ferre iubentur, cæteri censentur prohiberi. *l. cum praetor. D. de iud. l. ex eo. D. de testib. c. nonne. X. de praesumpt.*

Sed vt alia insignia Episcopalia, mitra, pedum, sandalia, annuli, aliãque Abbatibus; & quaedam ex illis per priuilegium communicata sunt etiam aliis prælati; ita & rochetum. & dum multa exempla alia prouocant; cepit illud insigne ita frequenter concedi petentibus prælati, præsertim in Italia, vt ferè communiter censeretur concessum. vnde Rubrica *Missal. d. tit. induat se, inquit, si sit prelati secularis supra rochetum, si sit prelati regularis, vel alius sacerdos, supra superpelliciam, quasi præsupponedo, argumento communiter accidentium in Italia, illud competere.*

Sed decretum S. Congregationis Rituum, vt nuper ad Moretum

tum est transmissum, & Rubricis Missalis insertum, re& ius sic habet: *prohibetur usus rocheti; exceptis tamen quibus de iure competit.*

5. A S. Cong. negatiue deluper statutum.

Quæ locutio conformis est modo loquendi d. c. clerici *in verb. sed nec annulos* (clerici ferant) nisi quibus competit ex officio dignitatis, quærit ergo Panorm. *ibid. qui sunt isti? dicit hic*, inquit, Ioan. *And. quod cessante privilegio soli Episcopi, & superiores possunt.* & addit infra, quod eo modo loquendi vtantur canones: & Pontificale, quia sic communiter accidit, vt prælatis ea insignia sint communicata. qui ergo huiusmodi privilegium non habent, ius defendendi rocheti non habent, regula ergo est, ne cui præter Episcopos competat: qui in exceptione contrariam suam intentionem fundat, illam utique probare debet.

6. Vt qui sibi intendit permissum debeat probare.

Neque verò sola dignitas quamuis primaria Collegij, ad id sufficit. vt ne quidem ad ius annuli; clerico alioquin prohibiti. quoniam d. c. 15. etsi non super privilegio, *se fundat*, inquit Panorm. *super officio dignitatis: officium autem Ecclesiasticum*, inquit *ibid. est administratio rerum Ecclesiasticarum, vt notat Archidiaconus in c. 1. de consuet. in 6. dicam in c. de multa de præb. at illa non competit Decano soli; sed iusfragium is tantum habet, vt cæteri canonici. sed neque per se solum iurisdictionem: Barbof. lib. 1. de iur. Eccl. c. 28.*

7. Sola dignitas non sufficit, sed officium, ad ministratio iurisdictionis etiam ad minoria insignia requiritur.

8. Quæ non sunt in Decano vt in prælatis strictè acceptis.

cum illa de iure sit penes prælatum, etsi exercitium in grauioribus restringatur aliquando ad consensum, aliquando ad consilium Capituli. *tot. tit. X. de his que sunt à prælat. sine cons. Cap. vt propterea Decanus non videatur esse veri nominis prælatus, ad sensum Cerimonialis, aut Rubricarum Missalis.*

9. Prohibitio Nuntij vt sententia non fuerit.

Vt rectè interdicto suo causam adiecerit Nuntius, quod *vti Decanus rochetum ferre non possit.* Interdictum etsi vim sententiæ definitiue non habeat, tanquam lite non agitata datum: *Rub. & tot. tit. C. comminationes, epistolæ, programmata vim*

*sententia non habere: tamen enuntiatio iuris est, neque in materia morum est insolitum, iure quasi censorio & ædilitio sic quippiam decerni. quod non impediatur tamen cognitionem iudicalem; si quam sic monitus aut correctus intendere deinde voluerit, quod hic hæcenus non fecerat Decanus.*

Sed & praxis, atque immemorialis Ecclesiæ L. consuetudo Decano aduersatur non tantum; sed vt ius, ita & consuetudo Belgicarum Ecclesiarum magis tractans, vt Decani rochetum non gestent. cui Decanus magis conformare se deberet, quamuis dubia esset consuetudo in sua Ecclesia, *c. de is. c. non decet. c. nolite dist. 12. c. per eo. x. de cons. 6. c. 3. r. x. de consuet.* nunc autem in d. Ecclesia L. immemorialis ita vsus habere non negatur, (extra immediatum præfectorum, qui erat protonotarius ad instar eorum qui sunt de numero participantium) cui vel competit specialis gratia, vel vsurpauit, cum illis dumtaxat competat, qui sunt de numero) vt Decanus rochetum non vtatur, sed superpellitio communi cum canonicis. vsus autem immemorialis vim legis habet. *tot. tit. x. de consuet.* quin etiam solitum est præstari iuramentum in Capitulis, quo promittantur seruare consuetudines.

Porrò notat vltterius Panorm. *d. c. 15. sub fin. ad gloss. 2. in verb. decuratur.* quod in huiusmodi insignibus omnino sit attendenda consuetudo locorum, & de vestibus choralibus disertè præcepit Conc. Basilien. *sess. 21. c. 3. in verb. iuxta regim. diuersitates.*

Adeoquæ d. Rubrica de prælatis agens, intelligenda venit secūm diuersitatem regionum & consuetudinum: vt non intelligantur nisi quibus privilegium concessum est vel vsus antiquus locorum attribuit: nullatenus autem vbi praxis aduersatur.

Et verò vestis laneæ & laneæ for-

formam Præpositis, Decanis & canonicis semper fuisse eandem, communis ecclesiarum vsus probat, & fluxit ex regula quam clericis in communi viuentibus, quales olim fuerunt canonici, & nomine clericorum veniunt, *cum tibi. X. de verb. signif. præscripsit S. Augustinus in sermone de communi vita clericorum. Nemo, inquit, det lineam aut byrrhum, nisi in communi: de communi recipiam mihi ipsi.* & licet illa communis vita deserit quoad œconomiam in clero; non tamen forma communis vestium choralium in Collegiis canonicorum sæcularium. vnde & in Concilio *Aquisgranensi an. 816.* edita Regula canonicorum *quam nuper cum aliis typis vulgavit Aubert. Miræus c. 124.* ita legimus: *non specialiter presumi debet ab aliquo, quod non generaliter teneatur ab omnibus: id est nec plus in soluto cultior vestis; nec insolita atque deformis: quia in utroque illorum elationis, aut certe simulationis noxa patefceret. Inter utrumque enim virtus discretionis moderatissime tenenda est, qua plenissime in vita S. Augustini &c.*

Accessit, quod exinde in Concilio Basileensi fuit præceptum. *f. 21 c. 3. de diuino officio.* pro omnibus cathedralibus & collegiatis ecclesiis indistincte, vt utatur, *superpelletis mundis ultra medias tibias longis, vel capis iuxta temporum ac regionum diuersitates, non personarum, Concilium porrò Trid. f. 25. de regular. c. 1.* omnia vult reduci ad primæuum institutum. & porrò *f. 14. c. 26. est habitus, inquit, non facit monachum, oportet tamen vestes, proprio congruentes ordini semper deferre: & sess. 24. c. 13. vestiu, inquit, quoque decentiam in ecclesia quam extra asseruè vtantur: congruere autem aut decere magis nihil potest; quam d. decreta seruari, & in vno eodemque choro secundum primæuum institutum vestium esse paritatem, antiquitate comprobata; non odiosam induci nouitatem.*

Et quamuis aliquis scrupulus

supereffe videretur, & rubricæ Missalis priores non simpliciter correctæ; quin prælatis competere posse videretur vsus rochetti; & dignitas Decanatus esse instar prælaturæ; tamen non omnes hinc Rubricæ Cæremonialis receptæ sunt ex assè: sed ad intentionem Concilij *Trid. sess. 25. de Indic. lib. catechis. Missal. & Breuiar.* quidem pro officij vniformitate; nõ autem alicubi vt præiudicare, prærogatiuas aliquorum inducere, aliorum depressione possint, vt plerisque; locis receptioni permissa est expressa aliqua protestatio, & cuiusmodi receptio multas habet difficultates, si vrgeatur aliquibus inuitis. per ea quæ tradunt Charond. *R. spons. lib. 13. Respon. 5. Choppin. Monasticon. lib. 2. tit. fin. n. 25.* & sic, etsi in Synodo *provinc. Mechlin. an. 1607. tit. 12. d. 18. 19. 20.* ritus ipsi, ac vniformitas commendetur; nihil tamen attactum est, quod vestem choralem ad formam Italicam reduceret, aut alicuius iura minueret.

Videamus igitur an d. gratia ab Ordinario facta suffragari debeat. ait Decanus cõsultos theologos & iurisperitos respondisse, in potestate illius esse illam facere, cum possit Episcopus in sua diocesi, quicquid potest Põtifex per totum orbem, nisi prohibitio aut reseruatio obstet: subsumitque rochetti concessionem non esse de reseruatatis. at omisit dicere, neque ob stare aliquam prohibitionem. est autem iure prohibitum, ne inferior deroget legi superioris, aut super ea dispenset. *c. cum inferior. X. de maior. & obed. Clem. 2. de elect. c. dilectus. X. de tempor. ordin.* nisi quatenus in constitutione permittitur. quæ exceptio in aliis firmat regulam. vnde neque potest Episcopus derogare, dispensare, aut gratiam facere super lege conciliari: qualem hic esse diximus, *Aquisgranensem, Lateranensem sub Innoc. III. & Basileensem,*

15. Nec obstat Rubric. Missal.

16. Nec Ordinarius potest in contrarium permittere aduersus legem superioris.

&

12. Et prima Regula canonico- rum indistinctam vestem omnibus tribuit.

13. Concilio Basileensi superpelletis indistinctis.

14. Ince Trid. canonum.

quiverit. X. de renunc. in benefici-  
 libus omnem dispositionem depen-  
 dere à superiori: & propterea  
 etiam hoc tempus potissimum es-  
 set considerandum, quod comple-  
 ctur actus substantiam: *Tusc. in*  
*verb. retrahit quando dicatur actus*  
*conc. 399.* & sic tempus admissio-  
 nis; nisi in regula aliter esset ex-  
 pressum, quoad computum die-  
 rum: ut ex primordiali Innocen-  
 tij VIII. regula mox ostendi-  
 mus, cuius intentionem non muta-  
 tasse dicenda est aliqua interpola-  
 tio obscurior secutorum Pontifi-  
 cum. neque verò est novum pos-  
 teriorum constitutionum sensum  
 ex prioribus elici aut firmari:  
 neque super solo resignantium  
 actu, sine superiorum interventu,  
 aliquid decerni; *ut in d. c. admonet.*  
*& in d. c. quod in abyss.* adeoque hic  
 à solo resignantium actu in manu  
 superiorum factus dies 20. compu-  
 tari ex odio talis actus.

## De Institutionibus.

## RESPONSVM I.

*Dispensatus super aetate quo-  
 ad ordinem, an eundem  
 accepto promoueri possit  
 ad praeendam, cui  
 ille est annexus?*

**Q**uæsitum est an conferri  
 possit vacans in ecclesia  
 Cathedralis A. canonicatus, &  
 praebenda, cui annexus est ordo  
 diaconalis H. dispensato à Ponti-  
 fice, ut quando ei tantum deerunt  
 tredecim menses promoueri pos-  
 sit ad diaconatum; & nunc ea aetate  
 est, ut intra annum in vim hu-  
 iusmodi dispensationis diacona-  
 tum suscipere possit?

Non posse suaderi videtur ex c.  
 4. s. 22. *Concily Trid. in verb. nec alijs*  
*in posterum fiat prouiso, nisi ijs, qui*  
*iam aetatem, & ceteras habilitates in-*

z.  
 Pro nega  
 qua.

*tegrè habere agnoscantur: aliter irrita*  
*fit prouiso, & Clem. in ij de aet. &*  
*qualitat. ibid. innotat. c. 12. vers. ne-*  
*minem eod. Conc. Trid. aded vt &*  
*dispensatio, per quam huiusmodi*  
*qualitati derogatur, subreptitia*  
*videatur haberi à c. 5. s. 25. c. 12. c. 12.*  
*Concily. quodque dispensatio quae*  
*contra ius est strictè sit interpre-*  
*tanda. c. 1. s. fin. de sil. presbyt. in 6.*  
*adedque concessa ad vnum ordi-*  
*nem, non ad alium. DD. in c. fin.*  
*ibid. & Sanchez de mat. lib. 3. disp. 1.*  
 & sic concessa pro diaconatu non  
 ad subdiaconatum; & ad ordines  
 suscipiendos concessa ad canoni-  
 catus & praebendas non fit exten-  
 denda. sed omnis extensio sit pro-  
 hibita. *ut late Sanchez d. disp. 1.*

Possè autem videtur probari ex  
 d. c. 4. in verb. *teneantur in fra canonum*  
*ordines recipere requisitos. & d. c. 12.*  
 24. d. Conc. in verb. *in Cathedralibus*  
*non inem ad canonicatum recipiam,*  
*nisi qui eo ordine sacro aut sit institutus,*  
*quem illa praebenda requirit, aut in tali*  
*aetate, ut infra tempus à iure, & ab hac*  
*sacra Synodo statutum. (soluet d. c. 4.*  
*& c. 12. s. 24.)* initiari valeat. ut  
 Concilio sufficiat habere aetate-  
 tem, qua intra annum promoueri  
 possit ad ordinem regulatum:  
 eamque aetatem requirere videretur  
 non propter se; sed propter  
 ordinem; eiusque functiones quas  
 enixè requirit d. c. 4. & propter  
 quæ ordo exigitur. si igitur ordo  
 & functiones haberi possint per  
 dispensationem; non videtur in  
 considerationem venire aetas tan-  
 quam medium ordinarium rela-  
 ta d. c. 4. & 12. cum extraordi-  
 nario medio haberi possit idem finis.  
 Neque verò dicendum est dis-  
 pensationem extendi à facilitate  
 recipiendi ordines ad praebendam:  
 sed legem communem concilia-  
 rem d. c. 4. & 12. eam interpre-  
 tationem admittere, ut in quo fi-  
 nis Concily obtinet, verba non  
 attendantur, sed prae his valeat  
 anima, & voluntas legis.

Quoad verò ordines; omnia il-  
 la